

contribuunt. Tametsi autem sint  
 aquæ, quæ odorem corporum su-  
 orum referant, ut sunt aquæ ro-  
 farum, majoranæ, rorismarini, la-  
 vandulæ, origani & aliæ: multum  
 tamen illis deest eorum, quibus in-  
 tegra perfectaq; corporum essentia  
 completur. Tantùm sulphur subti-  
 lissimũ, oleúmve volatile, quo ve-  
 getabilia hæc prædita sunt, secum  
 avehunt, tinctura aliisq; substanti-  
 is post se relictis. Atque idcirco nõ  
 quasi integrorum, à quibus eductæ  
 sunt, corporum virtutes exequent,  
 sed effectuum, qui per certam ex-  
 perientiam innotuerunt, habita ra-  
 tione, usurpari debent. Inserviunt  
 medicinæ potissimùm pro vehicu-  
 lis, aut ad præparandum alia medi-  
 camenta, ut decocta, infusiones,  
 extracta.

*Apho.*